

Zeitschrift: Mitteilungen der Naturforschenden Gesellschaft Bern
Herausgeber: Naturforschende Gesellschaft Bern
Band: - (1854)
Heft: 321-322

Artikel: Beiträge zur näheren Kenntniss der Land- und Süsswasser-Mollusken der Insel Portorico [Fortsetzung und Schluss]
Autor: Shuttleworth, R.J.
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-318432>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 27.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

**R. J. Shuttleworth, Beiträge zur näheren
Kenntniss der Land- und Süßwasser-
Mollusken der Insel Portorico.**

(Schluss.)

(Vorgelegt den 3. Juni 1854.)

58. Cyclostoma (Megalomastoma) croceum (Gmel.) Desh.

Syn. *Helix cylindracea glabra*, etc. Chemn. C. Cab. IX. Pars 2.
p. 166, tab. 135, f. 1233.

„ *crocea* Gmel. p. 3655, N^o 243.

Cyclostoma flavula Lam. Enc. Meth. tab. 461, f. 6.

„ „ „ An. s. V. t. VI, 2de p., p. 146,
N^o 13.

„ *crocea* Desh. in Lam. ed. 2, t. VIII, p. 357 in
ann.

Megalomastoma cylindraceum Pf. Mon. Pneum. p. 124, N^o 1.
Alt. 38 mill.; Diam. 12.

Var. minor, costulato-striata, sutura paululum profundiore et
anfr. ultimo ad aperturam lateraliter minus producto.
Alt. 19 ad 22 mill. et supra; Diam. 7—8 mill.

Hab. Sub ligno et foliis delapsis vulgaris, prope San Juan, Hu-
macao, Luquillo etc.

Obs. Iterum coacti sumus denominationem Gmelinianam contra im-
mutationem el. Pfeifferi vindicare. Chemnitzius, loco citato et
in ipsissima pagina, vocabulum „cylindraceum“ in designa-
tionibus specificis bis adhibet; nempe 1^o „*Helix cylindracea
glabra, ex aurantio flavescens, apice obtuso,*“ etc. = *Cy-
clostoma croceum*: et 2^o „*Helix cylindracea acuta, testa
alba, glaberrima, apice valde acuto,*“ etc. = *Bulimus la-
biosus* (Müll.) Brug.

Variat colore pallide flavescente, vel croceo, versus ba-
sin sæpe saturatius violaceo; apertura interne lutea vel cro-
cea, peristomate semper aureo-nitente. Testæ, etiam juve-
nes, fere semper detritæ, rarissime epidermide tenui, cornea,
nitidula indutæ. Varietas forma paululum discedit et sculp-
tura cum icone Encycl. Meth. supra laudata melius convenit,
sed specimina magnitudine et characteribus intermedia non
desunt.

(Bern. Mittheil. Juni 1854.)

59. Cyclostoma (Megalomastoma) verruculosum Shuttl.

n. sp.

Testa breviter rimata, elongato-pupæformis superne confertim costulata; costulis in anfractu ultimo et penultimo in verrucas creberrimas sensim solutis, nitidula, viridescens, vel corneo-fusca; spira subcylindrica, superne sensim attenuata, apice conico-obtusa, sæpe truncatula; sutura profunda; anfr. 7, convexi, ultimus penultimo vix angustior, $\frac{1}{3}$ altitudinis æquans vel paulo superans, basi pone carinam funiformem elevatam profunde sulcatus; apertura vix obliqua, circularis; perist. subduplicatum, adnatum, continuum, incrassatum, vix expansiusculum. Operculum ut in C. M. Antillarum.

Alt. 16; Diam. 5 mill; Apert. $3\frac{1}{2}$ mill. lata.

Hab. Sub truncis et foliis putrescentibus Musarum, ad Sierra de Luquillo, infrequens.

Obs. Species pulchra, C. Antillarum Sowb. affinis, sed forma, sculptura, et peristomate superne adnato non exciso, optime distincta.

60. Cyclostoma (Choanopoma) decussatum Lam.

Syn. *Cyclostoma decussatum* Lam. Delessert Rec. tab. 29, f. 6.

Hab. Prope San Juan, Aguas Claras, Ceiba, Humacao, et Luquillo, ad saxa et arbores sub foliis delapsis; rarissime etiam in insula Vièque.

Obs. Varietas minor forsitan tenuior prope Luquillo occurrit, et altera, testa carneo-flavida, fere immaculata prope Ceiba et in insula Vièque.

61. Cyclostoma (Choanopoma) senticosum Shuttl. n. sp.

Testa anguste subperforata, ovato-conica, truncatula, regulariter et argute clathrata et asperata, nitidula, luteco-rufescens, lineis flexuoso-angulosis, rufis eleganter notata, basi que fasciis 1 ad 2, angustis, rufis zonata; spira ovoideo-attenuata; sutura papillis albis crenulata; anfr. superst. 5, inferiores celeriter accrescentes, parum convexi, ultimus antice breviter solutus; perist. duplex, album, internum vix porrectum, externum patens, ad anfr. penultimum truncatum, superne breviter auriculato-productum. Operculum tenue cartilagineum, lamelloso-spiratum, lamellis exstantibus, interdum testaceo-incrassatis, nucleo subcentrali.

Alt. $17\frac{1}{2}$; Diam. 8; Apert. fere 6 mill. longa, 5 lata.

Hab. Cum præcedente intermixtum rarius prope Luquillo, frequentius in insula Vièque.

Obs. Priori sine dubio affine, sed facillime distinguendum, præsertim incrementi ratione et sculptura eximie asperata.

62. Cyclostoma (*Cistula*) Riisei Pf.

Syn. *Cistula Riisei* Pf. Mon. Pneum. p. 418, N^o 6a in add.

Var. β. nodulosa; costis subflexuosis, remote et leviter pustulosis (pustulis lineas spirales mentientibus); lineis rufis interruptis, sub forma fasciarum transversarum sæpius occurrentibus, interdum confluentibus notata.

Hab. Formam typicam e Portorico ab am. Bland et Albers accepi; varietatem ad rupes sub foliis delapsis prope San Juan, legit. b. Blauner, sed parce.

Obs. Anfractus ultimus sæpissime breviter solutus est; perist. duplex, internum vix porrectum, externum breviter expansum, interdum rubro-punctatum, et ad marginem internum (columnellarem) sæpius inconspicue fimbriato-dentatum.

Annon huc referendum *Cyclostoma lineolatum* Lam? (cf. Delessert Rec. t. 29, f. 8). — *Cistula? lineolata* Pf. Mon. Pneum. p. 270, N^o 18. (Chemn. ed. 2, t. 6, f. 27—28), neque cum diagnosi Lamarckiana, neque cum icone Delessertiana supra laudata ne minima quidem ex parte congruit.

63. Cyclostoma (*Chondropoma*) Blauneri Shuttl. n. sp.

Testa subperforata, ovato-conica, truncatula, confertissime costulato-striata, lineisque spiralibus obtusis inconspicue subdecussata et nodulosa, violacco-fusca, lineis flexuosis, vel maculis curvatis, seriatis, saturatoribus plurizonata, non nitens; spira regulariter attenuata; sutura confertim papilloso-crenulata; anfr. superst. 5½, convexiusculi, ultimus antice vix breviter solutus; apertura parum obliqua, subovalis; perist. subduplex, pallidum, obscure fusco-punctatum, internum vix leviter porrectum, externum anguste patens, superne brevissime angulato-productum. Operculum cartilagineum, pauce spiratum, anfr. rapide accrescentibus, nucleo valde excentrico.

Alt. 20; Diam. 8; Apert. 6 mill. longa.

Hab. Sub foliis delapsis prope Humacao, infrequens.

Obs. Forma, sculptura, et pictura *C. decussato* satis simile, sed operculo et peristomate optime distinctum.

64. Cyclostoma (*Chondropoma*) Swiftii Shuttl. n. sp.

Testa perforata, ovato-conica, truncatula, obtuse decussata, pallide fusca, interrupte violacco-plurizonata, nitida; spira regulariter attenuata; sutura minute papilloso-crenulata; anfr. superst. 5, convexi, ultimus subinflatus, antice solutus; apertura vix

obliqua, subovalis ; perist. simplex, fusco-punctatum, incrassatum, sed non expansum, superne acute angulatum. Operculum cartilagineum, pauce spiratum, anfr. rapide accrescentibus, nucleo excentrico.

Alt. 15 ; Diam. 7 ; Apert. 5 mill. longa.

Hab. Specimina pauca prope Ponce legit Swift ; comm. am. Bland.

Obs. Priori affine, sed bene distinctum.

65. Cyclostoma (Chondropoma?) Newtoni Shuttl. n. sp.

Testa subperforata, elongato-oblongo-turrita, truncatula, solidula, confertim costulata, lineisque spiralibus obscuris obtuse decussata, pallide cornea, punctis fuscis seriatis remote ornata, sine nitore ; spira regulariter attenuata ; sutura confertim papilloso-crenulata ; anfr. superst. 5, convexiusculi, ultimus breviter adnatus ; apertura verticalis, suborbicularis ; perist. duplex, albidum, internum vix porrectum, externum latiuscule patens, ad anfractum penultimum truncatum, superne angulatim et breviter auriculatum. Operculum ?

Alt. 13 ; Diam. 5 ; Apert. intus 4 mill. longa.

Hab. In Portorico prope Arecibo legit Newton ; specimina pauca comm. am. Bland.

Obs. *C. hemioto* Pf. forsitan affine, sed bene distinctum.

66. Cyclostoma (Chondropoma?) Newcombianum C. B. Ad.

Hab. Portorico fide R. Swift, misit Bland.

Obs. Differt ab omnibus hujus sectionis, operculi plurispirati anfractibus lentius accrescentibus, et nucleo subcentrali. Occurrit copiosius in insula St. Thomas, et fide Bland in Tortola et St. Jan.

67. Helicina vinosa Shuttl. n. sp.

Testa depressa, tenuiuscula, oblique elegantissime et confertim plicato-costulata, pellucida, nitida, vinoso-rubella ; spira brevis, conoidea ; anfr. 5, convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus basi medio profunde impressus ; apertura integra, obliqua, semi-ovalis ; columella simplex, brevissima ; perist. rubellum, breviter incrassato-expansum, margine dextro flexuoso, basali juxta columellam subito rotundato et brevissime sinuato ; callus basalis tenuis, nitidissimus, minute granulosus.

Diam. maj. $3\frac{1}{2}$, min. 3 ; Alt. 2 mill.

Hab. Sub foliis delapsis ad rupes prope San Juan, Humacao, et ad Rio Blanco.

Obs. Proxime sine dubio *H. rugosæ* Pf. affinis, sed peristomatis

margine basali nullomodo dentato, quamquam forsitan paululum incrassato, bene distincta.

Helicina umbonata Shuttl. n. sp.

Testa depresso semiglobosa, tenuiuscula, spiraliter confertim et obtuse lirata, liris validioribus minoribusque irregulariter alternantibus, nitidula, albida; spira brevis, exacte rotundata, apice papillaris; sutura linealis; anfr. 5, vix convexi, ultimus antice brevissime descendens, subtus basi planatus, non excavatus; apertura perobliqua, late lunaris; columella simplex, brevis, basi truncata, callo albido circumscripto munita; perist. simplex, vix breviter expansum, margine basali sub-incrassato, ad columellam angulato.

Diam. maj. 6, min. 5; Alt. 3 mill.

Hab. In Portorico legit Knox. (spec. unicum comm. am. Bland.)

Obs. *H. cingulata* Pf. (e St. Domingo) affinis, sed major, minusque elata.

69. Helicina subfusca Mke.

Hab. Sub saxis, ligno et in ruderatis, prope San Juan, Ceiba, Humacao et Luquillo, satis frequens.

Obs. Occurrit etiam in insula St. Thomas, et, fide Bland, in insula St. Jan. Discrimen prorsus nullum inter specimina *Helicinæ subfuscae* Mke, et specimina juniora incompleta *Helicinæ striatae* Lam., indicare possumus. Specimina ex insula St. Thomas videntur tenuiora ac minora quam Portoricis; color *Helicinæ subfuscae* sæpius rubescens est, *H. striatae* autem plerumque citrinus, sed semper versus apicem rubescens. Exemplaria completa *H. striatae*, peristomate incrassato munita, rarius et sigillatim occurrunt, donec specimina copiosa *H. subfuscae* gregatim inveniuntur.

70. Helicina striata Lam.

Syn. *Helicina striata* Deless. Rec. t. 27, f. 1.

Hab. Prope San Juan et Humacao, ad truncos et folia arborum, infrequens.

Obs. Species ut videtur ad specimina vix matura descripta ac delineata. Testa carnea vel citrina, semper versus apicem rubescens; peristoma latiuscule expansum, intus calloso-labiatum, interdum valde incrassatum, cum callo nitido granuloso pulchre et intensive citrinum.

71. Helicina trochulina Orb.? Pf.

Syn. *Helicina trochulina* Orb. Cub. 1, p. 249, tab. 20, f. 10—12.

” ” ” ? Pf. Mon. Pneum. p.377, N^o 84.

Hab. Prope San Juan, Humacao, Luquillo et ad Rio Blanco.

Obs. Specimina Cubana comparare mihi hucusque non licuit, sed nisi anfr. nullomodo „subcarinatis“ optime cum descriptione et icone Orbignyianis conveniunt specimina Portoricana. Testa vel flava, vel saturate rubra.

72. *Helicina fasciata* Lam.

Hab. Prope St. Juan, Humacao, et in insula Vièque, ubique, ut videtur, rarissime.

Obs. Species per Antillas late distributa, ex insulis Guadeloupe, Martinique et St. Kitts accepta.

73. *Helicina foveata* Pf. (ined?) fide Bland in litt.

Testa depressa, tenuis, striata, lineisque spiralibus creberrimis epidermide fugacissima minutissime hispidulis obsolete cincta, pallide citrina vel rubella, fasciisque 1 vel 2 pallidis ad peripheriam zonata; spira brevis, obsolete papillosa; anfr. $4\frac{1}{2}$, planiusculi, sensim accrescentes, ultimus antice leviter descendens, basi centro satis profunde impressus; apertura obliqua, late lunaris; columella brevis, stricta, basi in denticulo acuto producta, callo basali tenui; peristoma tenue, angustissime expansum. Operculum tenue, carneum.

Diam. maj. 6, min. 5; Alt. circa 4 mill.

Hab. Rarissime in insula Vièque.

Obs. Species forsan in Proceed. Zool. Soc. Lond. annorum 1851—1853 (nondum editis) descripta, fide am. Bland Pfeiffero adscripta. Occurrit etiam et copiosius in insula St. Thomas, ubi etiam varietas rubra, concolor, epidermide copiosiore induta, viget. Affinis videtur *H. nitidæ* Pf.

74. *Truncatella subcylindrica* Gray.

Testa cylindrica, adulta truncata, corneo-flavida vel hyalina, nitida, pellucens, costis validioribus præsertim ad suturas conspicuis, vel omnino evanescentibus munita; anfr. superst. 4, regulariter accrescentes, vix convexi, medio planati, ultimus $\frac{2}{5}$ longitudinis æquans, basi non carinatus; sutura profunda; apertura semi-ovalis, basi subeffusa; perist. leviter incrassatum, margine exteriori subproducto, columellari breviter reflexo, adnato et superne incrassato.

Alt. 5; Diam. 2; Apert. 2 mill. longa.

Syn. *Truncatella subcylindrica* Gray Man. p. 22, f. 6

Helix subcylindrica Pult. (vide Gray et Mont.)

” ” Mont. Test. Brit. II. p. 393.

(non *H. subcylindrica* L. nec Gmel.)

Hab. Ad littora maris, Portorico, vulgaris.

Obs. Differt a *Tr. Caribæensi* Sowb., testa minore, anfr. ultimo basi non carinato; a *Tr. truncatula* Drap., quacum statura bene convenit, præsertim anfractibus non convexis; a *Tr. Montagui* Lowe, quacum forma lævigata anfr. planatis melius convenit, statura majore, minus gracili, anfractu penultimo brevior et sutura non marginata.

Variat ut aliæ generis, sculptura plus minusve valida vel omnino deficiente, et testa in colore hyalina. Accepimus frequenter sine localitate definita ex Antillis; occurrit autem in insula St. Thomas, et copiosissime ad Bermudas.

Species omnes generis *Truncatellæ* valde confusæ sunt, nec e descriptionibus vel figuris hucusque evulgatis facile eruendæ. Cl. Pfeiffer in *Menke Zeitschr.* 1846 p. 184 ad *Tr. truncatulam* Drap. synonyma supra laudata allegat; Forbes et Hanley autem in *British Moll.* IV. p. 283, specimina Montaguana cum speciminibus a. b. C. B. Adams pro sua *T. succinea* missis omnino congrua declarant: species ambæ autem a speciminibus nostris copiosis longe et late discedunt.

Quid sit *Helix subcylindrica* L. et Gmel. omnino dubium remanet. Forbes et Hanley l. c. III. p. 317 (ex autopsia speciminis ill. auctoris) synonymon Linnæanum ad *Truncatellam Montagui* allegant; alii, præsertim auctores Gallici, a Chemnitzio in errorem inducti, *Zua lubrica* pro specie Linnæana habent!

75. *Truncatella pulchella* Pf.

Hab. Sub ligno putrido ad littora maris prope Fajardo copiose.

Obs. Species pulchra, forsitan non omnino cum specie Cubana (mihi non obvia) congrua, a qua differre videtur, colore fere lateritio, et peristomate vix adnato, sæpius evidenter breviter soluto. Occurrit insuper in insula St. Thomas, et Jamaica unde a C. B. Adams specimina accepi sub nomine *Tr. Adamsi* Pf., species e diagnosi omnino distincta et mihi ignota.

76. *Truncatella Clathrus* Lowe.

Hab. Rarissime, ut videtur, ad littora maris insulæ Portorico.

Obs. Differt a *Tr. scalari* Mich., quam ex Jamaica accepi, costis numerosioribus (12--13), æquidistantibus, et anfractu ultimo minus abbreviato. Specimina pauca etiam e St. Thomas misit b. Blauner.

77. *Planorbis Guadalupensis* Sowb.

Syn. Planorbis Guadalupensis Reeve *Conch. Syst.* II. t. 190, f. 2.

Planorbis Guadalupensis Dunk. in Chemn. ed. 2, p. 50,
t. 8, f. 7—9.

Hab. In stagnis prope San Juan, Ceiba, Humacao, Luquillo et
ad Rio Blanco, haud infrequens.

Obs. Species colore variabilis, sæpissime saturatius cornea vel
rufescens, interdum autem pallidissima, fere hyalina, sub
lente minutissime et crebre spiraliter impressæ lineata. Ha-
beo etiam e Guadeloupe, atque forsâ varietatem nitidissimam
e St. Domingo.

78. *Planorbis tumidus* Pf.

Syn. *Planorbis tumidus* Dunk. in Chem. ed. 2, p. 39, t. 7,
f. 10—12.

„ *caribæus* Orb. Cub. I. p. 193, tab. 13, f.
17—19.

Hab. In rivulis et stagnis prope Humacao. Varietas major,
crassior in insula Vièque.

Obs. Vix a specie a cel. Dunker l. c. illustrata diversus, sed
priori affinis, statura minore, anfr. ultimo magis inflato et
latere superiore profundius umbilicato præsertim distinguen-
dus. *Planorbis affinis* C. B. Ad., vix cum *tumido* com-
parandus, differt nempe testa eximie striata, superne minus
umbilicata, et nucleo profunde immerso et occultato. *Pl. tu-
midus* occurrit etiam in Cuba, Mexico et Vera Cruz, fide
Dunk.

79. *Planorbis albicans* Pf.

Syn. *Planorbis albicans* Pf. in Wiegw. Arch. 1839, I.,
p. 354.

Hab. In rivulis prope Aguas Claras, Ceiba et Luquillo, rarissime.

Obs. Species parva, cum *Pl. albo* a cl. auctore bene comparata.

Accepi specimina omnino congrua e Cuba a C. B. Adams et
Bland, sub nomine *Pl. Lanieriano* forsâ a Poey missa;
sed *Pl. Lanierianus* Orb., e descriptione et icone nullomodo
huc sed ad *Pl. lucidum* Pf. referendus est. Specimina pauca
etiam ex insula St. Thomas ab am. Bland accepi.

80. *Planorbis circumlineatus* Shuttl. n. sp.

Testa parva, tenuis, irregulariter striata, lineisque spiralibus
elevatis minutis creberrime circumdata, cornea vix nitens, superne
fere plana; subtus profunde umbilicata; anfr. $3\frac{1}{2}$, rotundati,
celeriter accrescentes, ultimus inflato-dilatatus; apertura oblongo-
rotundata, parum obliqua, marginibus callo tenui conjunctis.

Diam. maj. 5, min. $3\frac{3}{4}$; Alt. circa 2 mill.

Var. minor, nitidiuscula.

Hab. In rivulis lente fluentibus prope Humacao; varietas ad Rio Blanco; rarius.

Obs. Species distincta, etiam in insula St. Thomas et in St. Domingo occurrens.

81. Planorbis Macnabianus C. B. Ad.

Syn. *Planorbis Macnabianus* C. B. Ad! Contr. p. 43.

Hab. In stagnis prope San Juan, rarius.

82. Planorbis lucidus Pf.

Syn. *Planorbis lucidus* Pf. in Wieg. Arch. 1839, I. p. 354.

„ *Lanierianus* Orb. Cub. I. p. 195, tab. 14,
f. 1 — 4.

„ *Redfieldi* C. B. Ad! Contr. p. 43.

Hab. Sub foliis putrescentibus locis uliginosis prope Humacao et Luquillo, copiose.

Obs. Vix dubito synonyma supra laudata omnia ad unam et eandem speciem pertinere. *Pl. tæniatus* Morelet Test. Nov. I. p. 17, ab auctore ipso in emendatione (pars 2, p. 27) cum *Pl. Lanieriano* conjunctus, e diagnosi diversus videtur. Habeo e Cuba, Jamaica et Guadeloupe.

83. Planorbis Haldemani. C. B. Ad.

Syn. *Planorbis Haldemani* C. B. Ad! Contr. p. 43.

Hab. Cum præcedente circa Humacao, Luquillo et ad Rio Blanco.

Obs. Species hucusque tantum in Jamaica detecta. Nisi testa hyalina, evidentius spiraliter punctata, et forsan laxius involuta, vix differt *Planorbis anatinus* Orb. (Voy. p. 551, tab. 43, f. 17 — 20) ab auctore in Provincia Entre Rios ad Rio Parana detectus, cujus specimina copiosa ad *Toninam fluviatilem* prope Bahia lecta accepi, et amicis plurimis cum nomine *Planorbis* (nec *Helis*) *vitrinus* communicavi. Synonymon est „*Helix Shuttleworthi*“ Pfr. Mon. Hel. III., p. 110 N^o 500, et in Chemn. ed. 2, tab. 138, f. 11, 12.

84. Physa Sowerbyana Orb.

Syn. *Physa Sowerbyana* Orb. I. Cub. pag. 190, tab. 13,
f. 11—13 (excl. syn. Sowb. et Gray).

„ *Jamaicensis* C. B. Ad! Contr. p. 174 (1851).

Hab. Prope Humacao, Luquillo, San Juan, et in insula Vièque; sed parce.

Obs. Species forsan in Antillas late distributa; accepi specimina congrua e St. Thomas, Guadeloupe et Jamaica. Quanquam cl. Orbigny l. c. specimina Peruviana (*Physa Peruviana* Gray) et Mexicana cum Caribæis conjungit; quanquam diagnosi sua l. c., forsan tam ad specimina Peruviana quam

ad Caribæa confecta, non omnino cum nostris convenit, at tamen denominationem suam Adamsianâ ad locum natalem nimis singularem spectante præferimus. Species nostra, ab aliis Caribæis nobis notis, facile distinguitur, testa nitidissima, nisi ad suturam ubi breviter et confertim minute plicatula et marginata, glaberrima, spira producta, gracili, acuta, et anfr. ultimo leviter tantum inflato. Specimina cum nostris congrua ex insula Cuba hucusque non accepimus, sed sub nomine *Ph. Sowerbyanæ* tam e Cuba quam ex Jamaica alteram speciem testa brevior, minore et magis obesa, sub lente ubique lineis spiralibus minutis crebre munita, spira minus exserta et anfr. convexioribus distinctam. Hæc, quæ etiam in insula St. Thomas copiose viget, bene cum diagnosi *Physæ striatæ* Orb. l. c. p. 192 tab. 13, f. 14—16 convenit, et sub hoc nomine inter amicos distribuimus.

Quid sit *Physa acuta* Orb. Cub. I. p. 192, ut vulgaris in Cuba, Jamaica, Guadaloupe et Martinique indicata, nescio; si non *Physa Cubensis* Pf. quæ tertia videtur species distincta, præsertim testa obesiore, lineis spiralibus omnino deficientibus sed interdum remote et irregulariter angulata ab aliis discrepans.

85. *Lymneus Cubensis* Pf.

Syn. Lymneus Cubensis Pf. Wieg. Arch. 1839, I. p. 354.

Lymnæa umbilicata C. B. Ad. Bost. Journ. III, p. 325,
tab. III., f. 14.

” ” ” ! in Contr. passim.

Hab. In rivulis lente fluentibus prope Ceiba, Humacao et Luquillo.

Obs. Species ut videtur per Antillas vulgaris, secundum cl. auctorem in Massachusetts occurrens, sed vix cum *L. caperato* Say jungenda, ut vult cl. Haldeman in Mon. Fresh Water Shells Lymn. p. 34. Accepi specimina e Cuba, Jamaica et Ste. Croix; variat umbilico latiuscule aperto, vel, ut in speciminibus ex insula Ste. Croix, fere rimæformi.

86. *Ancylus Beau* Bourguignat?

Syn. Ancylus Beau Bourg. in Petit Journ. 1853. p. 176.

Hab. Ad lignum in stagnis prope Luquillo.

Obs. In Guadaloupe imprimis repertus. Latior, depressior et forsitan tenuior quam *A. obscurus* Hald.; an autem ab *A. fusco* C. B. Adams distinctus.

87. *Ancylus obscurus* Haldeman.

Syn. Ancylus obscurus Hald. Mon. p. 9, t. 1, f. 5.

Ancylus obscurus C. B. Ad! Contr. passim.

” ” Bourg. in Pet. Journ. 1853. p. 179.

Hab. Ad arundines et saxa in rivulo prope Humacao, rarissime.

Obs. Inprimis in St. Un. Amer. Bor. detecta, etiam in St. Thomas et Jamaica occurrens. Genus intricatissimum tentamine monographico cl. Bourguignat l. c. vix elucidatum.

88. *Amnicola crystallina* Pf.

Syn. Paludina crystallina Pf. in Wieg. Arch. 1840, I. p. 253.

” ” Küst. in Chemn. ed. II., p. 50, t. 10, f. 7, 8.

” *Jamaicensis* C. B. Ad! Contr. p. 42.

” *anthracina* Migh! Proc. Bost. Soc. 1845, p. 22.

” *cisternicola* Morelet Test. Nov. II. p. 135.

Var. β. coronata, anfr. superne spinoso-carinatis.

Syn. Paludina coronata Pf. l. c.

” ” Küst. l. c. f. 9—12.

” *ornata* Morelet. l. c.

Var. γ spinifera, anfr. superne spinoso-carinatis, ultimo subtus spiraliter lirata.

Syn. Melania spinifera C. B. Ad! Proc. Bost. Soc. 1845. p. 17.

Var. δ. elongata, spira graciliori, acuta, anfr. minus convexis.

Hab. Forma typica et var. *β.*, intermixtæ in rivulis et stagnis insulæ Vièque; *γ.* specimina pauca in Portorico prope Humacao et Luquillo; *δ.* in rivulis prope Aguas Claras et Ceiba, copiose.

Obs. Per insulas Caribæas omnes, ut videtur, distributa, transitiones omnes inter formam typicam et var. *γ.* ostendens. Habeo e Cuba, Jamaica, Tortola, St. Jan, St. Thomas, et occurrit, fide Morelet, in Campêche.

C. B. Adams var. *γ.* sub *Melania spinifera* descripsit, sed sæpissime sub hoc nomine var. *β.* accepi. *Paludestrina Candeana* Orb., secundum specimina in Guadeloupe a Krebs lecta, et mihi nuperrime ab am. Bland communicata, a var. *γ.* statura fere duplo majore differre videtur.

89. *Neritina virginea* Lam.

Syn. Neritina Brasiliana Recl.

” *virginea* Sowb. Thes. p. 533, tab. 116, f. 232 - 239.

Hab. In stagnis aquæ dulcis et in rivulis in insula Vièque; forma minor autem, varie picta, ad lignum et saxa in rivulo prope Humacao.

Obs. Quanquam valde dubium est an vera *Nerita virginea* L. sit, non est causa mutandæ denominationis Lamarekianæ, ne vix quidem in eam minime appositam cl. Recluzi. Species vulgatissima, per oras Brasiliæ et in Antillas omnes, tam in rivulis et stagnis aquæ dulcis, quam in salsis occurrens, varietates fere innumerabiles præbens, quarum plurimæ forsitan pro speciebus distinctis ab auctoribus descriptæ: varietas probabiliter forma sequens est.

90. *Neritina Listeri* (Pf.)

Syn. *Nerita Listeri* Pf. in Wiegmann. Arch. 1840 I. p. 255.

” ” Sowb. Thes. p. 534, tab. 116, f. 249
(vix f. 250, 251).

Hab. In rivulis insulæ Vièque; et forma valde erosa, præsertim ad lignum putridum in rivulis ad Sierra de Luquillo, Portorico.

Obs. Forma typica a præcedenti notabiliter discrepat, testa globosiore et spira brevissima vix producta; sed transitiones non desunt, et me iudice præcedentis mere varietas. De erosione testæ, accrescendi causa inter se ab illis ipsis peracta, alias disserere nobis proponimus.

91. *Neritina* an nov. sp. ?

Testa parva, exacte semiglobosa, nitidissima, minute striatoplicatula, olivacea, lineis fusco-nigris flexuosis interdum anastomizantibus crebre notata; spira brevissima, obtusa, apice erosula; anfr. $3\frac{1}{2}$; sutura ascendens, nigro submarginata; columella recta, denticulata, basi extus callo lutco ornata. Operculum *N. virgineæ*.

Alt. et Lat. circa 9 mill.

An *Neritina Listeri* Sowb. Thes. tab. 116, f. 250, 251?

Hab. Ex insula Vièque specimen unicum misit Blauner.

Obs. Optime, nisi striis crebrioribus, cum figuris laudatis convenit, sed æque bene cum descriptione *Neritæ striolatae* Recl. in Rev. Cuv. 1841, p. 333; nullomodo autem cum *Neritina striolata* Sowb. Thes. p. 537, tab. 112, f. 98, 99, a cl. Recluz in enumeratione Neritarum in Pet. Jour. 1850, p. 151 pro specie sua recognita. Tamen observandum est, cl. Recluz formam typicam speciei suæ inter conchylias Caribæas initio detexisse; posterius autem insulas Philippinas adscrip-

sit. Exinde forsā species distinctæ sub hoc nomine confusæ sunt.

92. Neritina punctulata Lam.

Syn. Neritina punctulata Lam. ed. Desh. 8. p. 584, N^o 32
(Encycl. Meth. t. 455, f. 2.)

” ” Sowb. Ill. N^o 6, f. 21.

” *Cassiculum* Sowb. Thes. p. 521, tab. 115,
f. 194.

(non *N. punctulata* Sowb. Thes. p. 520,
t. 115, f. 192.)

Hab. In rivulis prope Luquillo.

Obs. Species per insulas Caribæas fere omnes occurrens (Jamaica, Guadeloupe, Martinique, St. Vincent), optime l. c. descripta ac delineata, minusque variabilis quam species aliæ generis intricatissimi. *Neritina punctulata* Sowb. Thes. nullomodo huc, sed ad *Neritinam tenebricosam* C. B. Ad! referenda videtur.

93. Neritina viridis (L.)

Hab. Portorico, specimina pauca missa.

94. Neritina Pupa (L.)

Hab. Portorico.

Obs. Species ambæ in Antillis vulgares—prior etiam in m. Mediterraneo, ad oras Siciliæ, occurrere dicitur.

MELAMPUS.

Obs. Conatus synonyma auctorum præcedentis ævi (Linnæi, Gmelini, Dilliwyni) ad species hodie discriminatas ratione accurata allegare, opus inane est: incerta sunt omnia propter descriptiones obscuras, icones rudissimas, et patriæ indicationis defectum (cf. Gmelin et Chemn.). Sequimur igitur systema cl. Lamarck, qui primus has species, duce Brüggero, bene intellexit, et inter Auriculas enumeravit.

95. Melampus conformis (Lam.)

Hab. Portorico, copiose.

Obs. Spira apice brevissime papillatim acuminata. Anfractus supremi sub lente tenuissime et creberrime spiraliter lineati.

96. Melampus nitens (Lam.)

Hab. Portorico, copiose.

Obs. Spira sensim acutata, apice vix papillaris. Anfractus supremi lineis plurimis (circa 5) creberrime punctatis (in pulvis ciliatis) circumdati.

97. Melampus monilis (Lam.)

Syn. Melampus coronatus C. B. Ad. Contr. p. 41 (juvenis).

Hab. Portorico, haud frequens.

Obs. Spira apice minutissime papillata. Anfractus supremi in adultis medio serie unica foveolarum distantium circumdati, in pullis autem ciliis longiuseculis eximie coronati. Hic et præcedentes ad oras omnium insularum Caribæarum vulgatissimi sunt.

98. Melampus cingulatus (Pf.)

Hab. Portorico, cum aliis intermixtus.

Obs. Spira obtusata, sed apice subito papillatim mucronata. Nucleus (Anfractus supremi 5) eximie radiatim plicatus. Accepi etiam e Cuba et Jamaica. Species omnes, præsertim ultima, quoad staturam et picturam satis variabiles, sed semper notis supra laudatis optime distinguendæ.

99. Pedipes quadridens Pf.

Hab. Portorico, haud infrequens.

Obs. Species quoad formam, sculpturam, et molem dentis marginis exterioris variabilis; sulci in anfractu ultimo sæpe oblitterati sunt. *Pedipes ovalis* C. B. Ad! vix nisi formam juvenem esse videtur. Ubique per Antillas distributa; habeo ex Jamaica, St. Thomas et Bermuda.

100. Cyrenella americana (Morelet).

Syn. Cyrenoides americanus Morelet Test. Nov. II. p. 26, N^o 149.

Hab. In paludibus prope Arecibo, Portorico a Newton lecta, mihi benevole ab am. Bland communicata.

Obs. Specimina 3 accepi, optime cum descriptione laudata congrua, quorum maximum 20 mill. latum et altum, et 13 mill. crassum. In insula Pinos prope Cuba imprimis detecta.

101. Dreissena Riisei (Dunker).

Syn. Tichogonia Riisei Dunk. in Mal. Zeitsch. 1853, p. 91.

Hab. Ad cortices arborum et ramos caducos cum Neritinis, Amnicolis et Serpulæ specie, consocia, in rivulis insulæ Vièque, satis copiose; specimen unicum majorem e Portorico etiam misit Blauner.

Obs. Pullæ glaberrimæ, majores autem epidermide pallide cornea lamellosa concentrice induta, lamellis utrinque in serie duplice, paulo infra umbones oriente, squamosè productis. Fide Dunker etiam in St. Thomas obvia.

Additamentum. Nuperrime accepimus ab am. Bland specimina prope Ponce, Portorico, a cl. R. Swift lecta, dubitanter pro *Pupa Rüsei* Pf. missa, qua nullomodo ab illis sub nomine *Bul. nitiduli* Pf. supra enumeratis discrepant.

Tiefer Barometerstand in Bern. Emmanuel Fueter erhielt für den auf 10⁰ R. reducirten Stand seines Barometers am 2. Februar 1823, um 1 Uhr Nachmittags 682^{mm},00, und sagt, ein so niedriger Stand sei seit 1760 und vielleicht lange vorher nie beobachtet worden, und doch habe, für Bern wenigstens, diese ausserordentliche atmosphärische Bewegung keine Folgen gehabt. (R. Wolf.)

Verzeichniss der für die Bibliothek der Schweiz. Naturf. Gesellschaft eingegangenen Geschenke.

Von den Herren Verfassern:

1. J. Girardin, sur les eaux minérales de St.-Allyre. Rouen, 1836. 8.
2. Grateloup, Conchyliologie fossile des terrains tertiaires du bassin de l'Adour. T. 1. Bordeaux 1840. 4.

De la Société des sciences naturelles de Cherbourg.

Mémoires. 1er vol. 1—4 liv. Cherbourg 1852. 8.

From the Royal Society of Edinburgh.

1. Transactions. Vol. 20, part. IV. Edinburgh 1853. 4.
2. Proceedings. Vol. 3, n^o 43. 1853. 8.

Af kongl. Vetenskaps-akademien a Stockholm.

1. Öfersight af dennas förhandlingar. 9de Argangen 1852. 8.
2. Handlingar. 1851. 8.
3. Sundevall, Berättelse om vertebrera de djuredena (1845—50). Stockholm 1853. 8.
4. Register till Wikström's arsberättelser i Botanik (för 1820—1838). Stockholm 1852. 8.

Vom zoologisch-mineralogischen Verein in Regensburg.

Korrespondenzblatt, 7ter Jahrgang 1853. Regensburg. 8.

Vom polytechnischen Verein zu Würzburg.

Gemeinnützige Wochenschrift. III. Jahrgang n^o 48—52. IV. Jahrg. n^o 1—4. Würzburg 1853. 8.

De l'académie des sciences de Bordeaux.

Programme des prix décernés pour l'année 1853 et des questions mises au concours pour l'année 1854. Bordeaux 1854. 8.

Von Herrn Prof. R. Wolf in Bern.

1. *Mentelle*, Cours de géographie et d'histoire. Paris 1804. 4 vol. 8.